

## Alte Drucke

**CARMINA GRATVLATORIA || In honorem || PIETATE, ||  
VIRTVTE, ERVDITIONE, ET || morum integritate ornatissimi  
iuue-||nis HIERONYMI GALLI ABERTHAMII: || ...**

**Corvinus, Wolfgang**

**Lipsiae, [1593]**

**VD16 ZV 30738**

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149619**

11.12.

CARMINA GRATULATORIA

*In honorem*

PIETATE,  
VIRTUTE, ERUDITIONE, ET  
morum integritate ornatissimi iuue-  
nis HIERONYMI GALLI ABERTHAMII:  
ex confinio vallis S. Ioachimi, Scholæ  
Halenfis Collegæ,

CVM IPSI VNA CVM ALIIS XX. DO-  
ctiss. Adolescentibus summus in Philosophiâ  
gradus, solenni renuntiatione, in celeberrima  
Lipsiensium Academiâ decerneretur, Die  
conuersionis Pauli, Anno

1523.

Rectore magnifico, summo, & clarissimo viro,  
Dn. MICHAEL EVVIRTH, I. V. Doctore, Professo-  
re, & Eccles. Martisburgensis Canonico.

Procancellario eximio viro, M. AMBRO-  
SIO SONNENVALDO.

Decano spectabili viro, M. VVOLFGANGO  
CORVINO.

*Scripta*

Ab Amicis, Collegis & Discipulis.

Lipse, Excudebat Abraham Lamberg.



# PARODIA GRATULATORIA

AD

Od. xxvi. lib. 3. Horat.



Ixti Camænis nuper idoneus,  
Et militasti non sine gloria,  
O GALLE, nunc doctam Tiara,  
Præside APOLLINE, frontem habebit:  
Ne latum ad vnguem quod PHILYRES latus  
Pulchræ liquisti, Insignia nunc cape  
Parata doctis; En parata  
Et capiti digitisq; GALLI.  
O, quæ beati Diua tenes iuga,  
Nunquam carentis floribus & metris,  
THALIA, Parnassi, poli fac  
Lucida vertice ut astra tangat.

Ioachimus Tanckius Med. D.

## CARMEN GRATULATORIUM

Conueniens rebus nomen tibi sacra dedit LEX:  
LEX tibi nam semper maxima cura DEI.  
Regula LEX est SACRA tua certissima vita;  
Est HÆC delicia, solaq; & una, tua.  
Vnde DEO (verè usq; beatus) es una voluptas;  
Hinc VNI es sola delicia usq; DEO.  
Congruit at rebus pulcrè cognomen ipsdem,  
GALLE, tua quod dat, stirps tibi honesta, domus.  
Ex aubus, cristata polum afficit una frequenter:  
Falcata in celsum caudaq; ei erigitur.

A 2

Sum-

Summa petit loca; tectorum alta cacumina vincit;  
Sublimis turres condecoratq; sacras:  
LEG E imbuta DE I sic mens se tollit in altum,  
Despiciens vanas, quas colit orbis, opes.

2. Ales hic excubitor redditari signa diei  
Dat; vocat & suetas ad noua pensa manus:  
LEG E imbuta DE I sic mens, renovata subinde  
A vitijs, soli scit vigilare Deo.

3. Cum Sole occiduo fessus capit ille quietem;  
Maturè & remouens somnia vanæ, reddit:  
LEG E imbuta DE I sic mens seruire parata est,  
Ne violet corpus (tam sacra templa) Deo.

4. Ales hic indomito terrorq; metusq; leoni est,  
Aera cum canitu concitat ille suo:

LEG E imbuta DE I sic mens, munimine septa,  
Non horret Satane fulmina brata trucis.

5. Ales hic anticipi euadens certamine victor,  
Voce canit lata; victus ab hoste, silet:

LEG E imbuta DE I sic mens, duce gaudet eodem  
Victrix; offenso, sed dolet ipsa, DE O,

6. Ales hic est idem, vigeant seu tempora pacis;  
Martia seu rabido bella furore fremant:  
LEG E imbuta DE I sic mens, persistit eodem  
Constans (seu bona fors, aspera sine) loco.  
GALL E nouum, sed & hunc proprium, cape letus honorem,  
Doctrina & virtus quem peperere tibi.  
Tempora dum Gallus cantu distinguet, & horas;  
Fama tua ad cunctos, GALL E superficies erit.

M. CHRISTOPHORVS CAESAR  
Scholæ Halensis Rector.

ΑΛΙΒΔ.

Εἴνοιτι πίθεοις, ἐδλοὶ καὶ ἔχεφρονες ἀνθρόες,  
ἀνθρόες οἱ ἐμπαιροι, ὑποθημοσιώντιμοι Αθηνῆς,  
καὶ γλώσσαις τέχναις τε κεκασμένοι ἀγλαὸν ἕπορ,  
ἡδὲ ἄλλαις διδαχαῖς πομόωντες αριπρεπεῖοι,  
Νῦν Φιλίης σοφίης ηλυτά τίτλα νέμονται γὰρ οἵσαι  
Λεπία, ἢ Φιληρή ὀνομάζετο εὖ τε καλῶς τε.

Χέρος Θεού τοῖς δέ ωιερ ονυμάτι Αλέκτορ,  
πολεῖς πιθάρας μοι εὐ σιωπὴν γενέσθαι μεσμά,  
πιμετέρας μάκλα χρηστές καὶ ἐδλὲ σιώνεργε. Σχολέας  
ΑΛΗΣ Σαξονίης, ἡς, τὸ ιλεόθαυτον δέσιμ,  
ἄπαντερ ο ΕπωερΘ (δις μὲν ἀτράπαιον τέξοχα σιλβα)  
Μαρμαρίας, πρωτεῖα λαβὼν τὸ πύδεοθεού εἰδλος,  
Σέιο τε ὧδη πορφύρας γὰρ αὐλαπτικαγέμελοντι.

Εστι, δέ τοιετο πορί τωντων αἴξιοθεού εὐχαριστία.  
καὶ γαρ τὰς ὄρυμάς σεο καὶ ταράτλας Φιλόμοχθοι  
Αὐτὸς ἔγωγε τεθαμμακέπιο σὺν Μεγαπόρες αἰεί,  
ἢ ὅταν πελίον θυνάζετο, ἢ φάοθεού πλει,  
γλώσσαις καὶ τέχνησι ἐπὶ ταλεόνεσι καβιζωμ  
τολλά μάθεις, καὶ τολλά τάθεις, καὶ ταλεῖται μάλιστης,  
Αξιοθεού ής αὐθοῦμης γάρ οὗτοι τάτουι μεγάληθει.

Νιῦ δὲ αἱ Χάριτες μέγ' ἐδωρήσαντο καὶ διόθεοι  
Σοι, τὸν ἔατις τολύμηλος ἀνεπλαστεί χερσού Αθηνη,  
τίτλοιν σοὶ Σοφίης ἐπιμάρτυρα ὄντα διδίδοσι.  
τὸ δὲ αὐτὸν τὸν αὐτός τὸ αργυρίον λάβοιο  
ἐδλος, καὶ χρυσοῦ θεόσθοτας τολλά ταλαντά,  
τότοιοι ιλεόθαυτον τρεπεταῖον αργυρείοιο.  
ῶς σοὶ αἴμινθεού φίμης εστετέλλατα ταντα,  
καὶ ταρά αὐθοῦσιν θυνόκημόνδες γάθαι καὶ γάθαι  
καὶ γαρ τῷ γλωσσῶν τολυτίθραιστοι μεγίσταις  
ἢ μάνοντας θεέντας εἶχας, καὶ ταντοὶ πλειστοι  
εὐχαριστία, εἰτὲ αὐταρίστοι μαθήμη πραπίδεσι μέμηλεμ,  
ἴρας θεογένεστοι τὰ μετέργεντα θεσφατα μάθωμ

τῶν χάριψ γῆ μερόπων θυμτῶν σομάτεοσι μέπαντων  
κάμην Θεύνοικη πατέχεις ἀγαθῶν τε καὶ ἐδλῶν,  
οἱ σεις θυνελάθοις ὑψεστος τὸ δόνον ἐπαύενοις.

Σοὶ δὲ ΙΕΡΩΝΥΜΟΣ δῖ (τὸ γέρθετο πότνια μήτηρ)  
τάνομα, ὃ μὲν ἄνδρας θάντος παπρωμένοις ἀσποῖς  
τοῖς ἔργοισι γέρθειν αρετῆς σὺν ἐστι μάλιστρος  
καὶ σεμνός τε βόπων καὶ ιθῶν μέτεορος αἵρις Θεός.  
Ἐκ γέρθετος μέσταις ἀγαθοῖς ἐραστῆσι φύουσι,  
τοῦδε ἐργάζονται τὰ σοφῆς καὶ χαραχμένα βίβλων  
θεοφάσται δῆσταις καὶ ἕρσις καὶ αἰνέρες ἀγνύεις.

Τάνομα, ὡς αλάνοι μοὶ Φίλαττε, μοῖραμ ἐπύκη  
ἡδιμοσιώνης σοὶ ἐγώ ἀλιχότισ ὀφρανι θυμῷ,  
τίτλοις δὲ δινέματε Θεοῖς πλατεῖ τυνιλαβόντε  
ῆρα φέρων, θεῶν δὲ χοροῖ διλύμπιας ὀμάστης ἔχοντες,  
ωρὸς πολλῶν μέγιστης σοὶ θυμιδεῖς ἐελδώρε  
ῶς τελέων, ὃ πάσσῳς κράνον τε τελεσφόρου ἀγλαῖαν τε,  
ὅλεισ της Βιοτης τησδέ, ὅλεισ δὲ ἀπειδέστης  
δοίν πολλοῖ, δέ τε πάρθε δῖ Φίλοισι μάρτιοι.

λείπετε γάρ ὁ ΙΕΡΩΝΥΜΟΣ ἐχωριστούντος εὐχος.  
Δλε, καὶ ἀστεροῦ δὲ ἐπειθεῖται σὺ μακάριστε θεοῖς.

M. Iohan. Latomus Collega Gymnasij  
Halensis tertius, in laudem & honorem affi-  
nis sui dilectissimi αὐτοχθόνος.

#### A L I V D.

E T G A L L V S it nouo Magister  
Itēp primus in choro,  
Quem Lípsico offentas Lyceo  
Phœbe ductor agminis  
Gratamur, o, gratamur alas  
G A L L O, & hocce virium,  
Quo summa rupis euolauit  
Sacrae ad usq; culmina,

Maioris

Maioris eminentis volucres  
Anteitque nominis,  
Violaceas cristas tiaras  
Sat decorus erigens.  
At Christe nostri Phoebe coetus,  
Gallus hic sacer tibi.  
Tu serua & orna auem canoram,  
Intidemque robora,  
Ecclesiae in corte ac scholarum  
Vt bonum & diu canat.

M. Vincentius Schmuckius Smalcaldensis f.

A L I V D.

L Eta dies rutilo nunc lumina spargit olympo,  
Umbra soporifer & languida noctis abit.  
Vos huc Pierides, pede non remorante venite,  
Vestro ego cultori dum pia vota fero.  
Grata mei meritò qui pars est altera cordis,  
Quo mihi non unquam iunctior alter erat.  
Cui studio est pietas, & nil nisi ridet honestas;  
Dum fugienda fugit, dum facienda facit.  
Cuius & egregijs mens nunc exulta resulget  
Artibus, ingenij & dotibus aucta nitet.  
AVR magna alijs dum cura est, maxima LAVRI  
Querenda est illi: hinc gloria parta venit.  
Irritus haud labor est, vertisse volumina sacra  
Latoidae, Clarijs labra rigasse & aquis.  
Irritus haud labor, ingenuas sudasse per artes,  
Duri ut vix Martis durior esse queat.  
Tedia cum tuleris, Hieronyme, multa laborum,  
Tandem (crede mihi) gaudia multa feres.  
Nam tibi pro studio dabitur cum fænore fructus,  
Atque tuum cinget nexa corona caput.

Nam

Nam qui pigrissim, luxumq; sequuntur inertem,  
Non honor: opprobrii hos sed comitatur onus.  
Iccircò eximum nomen, decus atq; perenne,  
Concedit Clarius Phœbus, amice, tibi.  
Propterea tibi conueniens Baptismate nomen,  
Ex iep̄o, sacro, fata dedere, vōꝝ.  
Propterea Galli nomen tibi competit acris  
Pulcrum, qui rostro tempora iusta notat.  
Cur verò hic pennis secat aëra, tecta domorum  
Vincens: cur cristas erigit ille suas?  
Exprimitur doct̄a solers vigilantia mentis,  
Quæ belli & pacis tempore pondus habet.  
Forma quid at Galli? quid Galli lingua sonora  
Signat? & hanc rubens cur color ambit auem?  
Ingenij vires, virtutum & flamma notatur,  
Quam peperit Christi sanguine tincta fides.  
Galle tuis igitur reverā es Gallus amicis,  
Moribus, ingenio, religione, fide.  
Doct̄am conscendis cathedram, librumq; patentem  
Accipis, ut doceas more decente rudes.  
Fulgida condecorat frontem simul atq; tiara,  
Ut studijs mores conuenienter eant.  
Gemma datur digito, fuluo preciosior auro,  
Sincera fidei quæ solet esse loco.  
Ergò doctrina meritos Hieronyme honores  
Grator, quos tribuit doct̄us Apollo, tibi.  
Hos tibi gratantur merito iuuenesq; senesq;  
Et votis optant prospera fata, Vale.

Conradus Pellio Scholæ Halen-  
sis Collega.

ALI-

**M**iles ut Ausonius currit per tela , per hostes,  
Nil metuens cladem, nil vulnera, nilq; labores,  
Mente sed horrendos generosa sustinet ictus  
Hostis, multiplices & ridet sanguine mistos  
Conflictus, sese proponens mille periclis :  
Scilicet is labor est, vt fuso viribus hoste,  
Asportans palmam circundet tempora lauro ;  
Vt qui pro patriâ steterit Mauortibus ausis.

Sic Hippocrenes qui potat flumina fontis,  
Phœbigenasq; colit non segni mente Camænas,  
Passibus intrepidis Heliconis culmina scandit.

Inuida sed multis aditum præcludit egestas,  
Et delictorum mater spurcissima mater  
Ebrietas, luxusq;, atq; ocia fæda sororum  
Thespia dum faciunt, vt multi castra relinquant :  
**S E D V L V S** at cœpt os virtutis amore labores  
Exantlat, dum fert quæ sunt hinc inde ferenda,  
Hunc nil terret hyems, rapido nil Syrius æstu  
Obstat, præpositam pergit contingere metam,  
Hinc non immerit laudemq; decusq; reportat,  
Claraq; post mortem fert nomen ad astra perenne.  
Hunc fauor Aonidum sequitur sine fine Dearum,  
Et caput hinc atq; hinc vernanti flore coronant.

Hoc tū rite probas Phœbi, mi **G A L L E**, minister,  
Qui per tot casus, per tot discrimina rerum,  
Musarum es nullo sufflamine castra secutus.  
Ergo tibi capias tantos virtutis honores,  
Atq; tuam decores patriam, exhibilesq; parentes.  
Sic tibi Nestoreæ contingant secla senectæ,  
Secula, quæ famæ tollant super æthera pennâ  
Nomina, tu tantum capite his precor annue **G A L L E**.

Christophorus Pirerus Naumburgensis liberalium  
artium & Philosophiae Studiosus.

ALIVD.

**I**Am redi*ji* mensis, tacite labenis origo  
Anni, de IANUO nobile nomen habens :  
Quo totus redeunte simul quoque præterit annus,  
Carmine quando pio fausta precatus eras,  
Fausta mihi, & quinis studiorum fædere iunctis,  
Quos iuuat hic M<sup>us</sup>is inuigilare sacris :  
Sic mihi, sic illis magnum testatus amorem,  
Quem sat, docta licet lingua, referre nequit.  
**S**Emper ab hoc ego iam conor tibi tempore rursum  
Solicita meritam mente probare fidem:  
Nempe fidem, tibi quam scio me debere docenti,  
Quamque tuo recte poscere iure potes,  
Haec tenus at ( graue id est ) occasio defuit omnis,  
Ingenij vires deque fuere rudit.  
**E**cce sed ecce opportunum nunc reddere tempus,  
Carmina carminibus qualiacunque, tuis :  
Scilicet inculia hæc, cultis ; indoctaque, doctis ;  
Illepida hæc lepidis ; haud grauia hæc, grauibus.  
Versiculos tibi sed, quos debeo, reddere tempus ,  
Doctrinæ partus dum tibi surgit bonos.  
**C**Ulta geris viridi redimitus tempora lauro,  
Applicat artifici quam tibi Apollo manu.  
Ambrosiam tibi Castalides & sorte ministrant,  
Viuat perpetuos ut tua fama dies.  
Nectare plena ferunt Charites tibi pocula dulci,  
Et grato pectus molle fauore replent.  
Vine valeque diu, meritoque fruaris honore,  
Vtque fruare diu, vine valeque diu.

Christophorus C. F. Cæsar  
Halensis.

ALIVD.

ALIVD.

**C**onfuetudo Vetus longis seruatur ab annis,  
Quæ tribuit doctris præmia digna viris.  
Ergo qui Aonias caput exeruere per artes,  
Et poliunt Musis dedita corda sacris:  
Laurigeris Phœbi ramis ornantur: ut olim  
Præmia multiplici digna labore ferant.  
**G**ALL E potens modò doctrinae studijsq; , fideq;  
Mercedem aſſidua ſedulitatis habes.  
Fers etenim nomen, meruit quod fama Magiftri;  
Et pietas, opera conueniente nitens.  
Hinc meriti tibi virtutum tribuuntur honores:  
His etenim partis inuia nulla via eſt.  
Ergo volens capias, quæ præſens temporis hora  
Præmia, ſed magno digna labore, dedit.  
Tendit ut ad teclii excubitor ſublimia **G ALLVS;**  
Summus & in reliquis eſt tibi, **G A L L E**, locus.  
Immerito tibi nec cefſit locus ille Magistro: es  
Qui grauitate pius; qui pietate grauiſ.  
Sed rubicunda huius quid crista velit ſibi, queris?  
Hoc: nos mundari ſanguine, Christe tuo.  
Plura locuturo non res, vel verba, Camæne  
Suppeditant: Cuncto tempore, **G A L L E**, Vale.

Balthazar S F. Gediccus  
Lipſiensis,

ALIVD.

ALIVD.

Ista dies memori semper mihi mente nota nda est,  
Et studio summo tempus celebranda per omne:  
Quà te nunc video, carissime Auuncule GALLE,  
Esse Magisterij titulo, & splendoribus auctum.  
Gratulor ergo tibi de tanto latus honore,  
Et precor à miti tibi prospera quæq; Iehova.

Andreas Seltenreich Plattenensis, Sa-  
muelis Seltenreichij Pastoris in Bo-  
hemia Schonfeldensis filius, Scho-  
læ Halensis Alumnus.

ALIVD.

Sifas est alijs prosperrima quæq; precari  
Qui non sunt nobis consanguinitate propinquai:  
Cur tibi non leto congratuler ore terrellus  
Discipulus, nec non iibi sum qui sanguine iunctus?  
Ergo Magisterij titulus, quem suscipio amplius,  
Opto, sit ut faustus, multis sit & utilis idem,  
Fortunante Deo, aethereo & moderante Magistro.

Laurentius N. F. Gallus  
Halensis.